



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Quae pertinent ad libertatem Ecclesiasticam tuendam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

In secundo quæ pro aliis diuinis officiis, & funeralibus.

In tertio, quæ pro eleemosinis, & aliis huiusmodi operibus pii.

In quarto ordine alphab. nomina ecclesiarum, vel piortum locorum, ad quæ pertinent ea relicta dispositionesve.

In quinto ordine alphab. nomina locorum, vbi sunt ea legata, & obligata, & obligationes præstandæ.

*Notificatio  
nes reliquo-  
rum.*

Habeat filiam cedularum notificationum relictorum piorum quorumcumque, quæ in dies ad cancellariam deferruntur, vel à notariis, vel à Præfectis locorum piorum, vel à priuatis personis. Cautè verò videat, ut in cedula distinetur notata sint, quæ oportet, vñ annus, mensis, dies, &c.

Notarius rogatus.

Quid relatum.

Cui relatum.

Quanto tempore præstandum legatum, siue relatum.

A quo relatum.

A quibus præstari debet.

Alia eiusmodi.

Quod si quid deficiat, euret omnino suppleri ab eo qui differt, antequā recedat. Minimeque omnino notet nomen discentis.

Habeat præterea librum indicem authenticum perpetuum omnium piorum relictorum.

In eo describat summarie.

Nomen relinquens.

Diem, & annum reliqui.

Nomen notarii rogati.

Onera imposta.

Quantitatem legatam.

Bona obligata.

Heredes, vel successores in obere solvendi.

An ad tempus; vel in perpetuum.

Alias præterea conditions.

Indicem notariorum antiquorum, quorum scripturaræ inquirendæ sient, pro iuribus ecclesiasticis in Civitate, & Dioecesi.

Indicem notariorum aptorum ad hanc institutionem.

Indicem locorum, qui possideant decimis, & quanto.

De libro Beneficiorum vacantium.

**H**ABEAT librum Beneficiorum vacantium.

In eo describat singula Beneficia vacanta, ordine plebium, & parochialium, & portarum yerbis: ac primò plebes, & canonici suos; deinde parochiales eius; tertio capellas; quartò alia beneficia simplicia; sicque in singulis plebibus.

Exprimanturque qualitates beneficij; an parochiale, canonicale, capellania, aut clericale.

Si parochiale; an verò titulare cum propriis vel saltem in perpetuum assignatis certis redditibus; an verò cum mercere arbitraria.

Onera cuiusque, distinguendo in Missarum, vel anniversariorum, aut aliorum diuinorum officiorum celebratione.

Summas item redditus.

Si que item pensio super eo soluat, & Rursus, si in beneficio prætendatur ipsi patronatus.

Diem item vacationis.

Tum nomen eius, per quem vacat.

Locū item, ubi defunctus qui obtinebat.

Qualitates etiam personæ, vt si protonepharius, vel familiaris Summi Pontificis, vel alicuius Cardinalis; & alia, vnde possit esse aliquo modo affectio, vel referentia beneficij quovis modo.

Tū etiam qualitates, beneficij, que idem operantur; si prima dignitas, si beneficium litigiosum, & alia eiusmodi.

Habeat hic liber indices singulos singulis generibus beneficiorū; ut facile repesciri possint, scilicet omnium parochiarum, & omnium canoniciatum vacantium, & omnium clericatum; & sic de aliis.

Quæ pertinent ad libertatem Ecclesiasticam tuendam.

**H**ABEAT indicem grauaminum clericorum. Informationes super singulis lura pertinentia ad singula.

De libris, & scripturis ad provincias pertinentibus.

**H**ABEAT indicem Ecclesiasticarum cathedralium.

Pre-